

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XXIV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

lib. 9. epist. 24. *Monco te, quod pertinere ad beate viuendum arbitror; ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui viuas. Nihil aprius vitae: nihil ad beate viuendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus, remissionemque animorum. Coniungi haec solent, ut lib. 1. de Offic. c. 17. Vita victusque communis in amicitia vigent maxime.* Et lib. 12. ad Attic. epist. 28.

Nunc plane nec ego victum, nec vitam illam colere possum. Et in Bruto c. 25. *Tuditenus omni vita atque victu excultus atque expolitus.*

Plane mecum habitare] Fortasse, quod paries communis esset: vel quod aedes illae ita Ciceronis aedibus vicinae, ut ad eum percommode Gallus itare posset.

Migrare] In eas aedes.

Experiar] Vt hanc domum habeas.

EPISTOLAE XXIV.

ARGUMENTVM.

Exponit, quam iniuste sibi Tigellius irascatur. Caesare quartum consule, sine collega.

EXPLANATIO.

Vestigia] Video, subauditur.

Vel proxime] Hoc ipsum, quod proxime de Tigellio fecisti, vestigium est amoris tui. De particula *vel* pro *veluti*, diximus lib. 2. epist. 13.

De Tigellio] M. Tigellio Hermogene liberto, quod Hermogenis cognomen indicat. est enim is, de quo Horatius lib. 1. Sermon. Sat. 9. v. 25.

— *Inuideat quod et Hermogenes, ego canto.*

et Sat. 2. 3. 10. v. 80. quibus locis ostenditur, quod haec quoque declarat epistola, Tigellium canendi arte praefuisse. Quid autem de Tigellio scripserit ad Ciceronem Gallus, cognoscitur ex lib. 13. ad Attic. epist. 49. *De Tigellio, ait, si quid noui: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, μέγιστον ἔφαθεν mihi quandam iniquissimam, me Phameae defuisse, cum eius causam recepissem, etc.*

Capius, opinor, olim] Recte addidit *opinor*, veritus, ne erraret in nomine: nam *Cippium* nominat Festus in huius adagii mentione, *non omnibus dormio*. libri veteres plerique habent, *Citius*, vel *Cicius*: nonnulli *Caepio*.

Olim] Ante Lucilium poetam. Festus.

Non omnibus dormio] Qui hoc dixit, dormire se simulabat, quo liberius vxor moecharetur. Seruo autem pocula clam auferente, *non*, inquit, *omnibus dormio*. Festus; et Plutarchus ἐν τῷ ἐρωτικῷ.

Non omnibus seruo] Quibusdam, apud Caesarem gratiosis, temporum causa seruo; non omnibus tamen seruire vult: quorum in numero Tigellius est.

Olim] Stante republica.

Regnare] Cum ita floreret gratia et auctoritate ob eloquentiam ac virtutem, ut regnare videretur.

Hh 4

Pro

Pro Sulla c. 7. *Hic ait se ille, iudices, regnum meum ferre non posse.*

Obseruor] Lib. 9. epist. 20. et lib. 13. ad Attic. epist. 49.

In lucis pono] Simile illud lib. 13. ad Attic. epist. 49. *Est bellum, aliquem libenter odisse.*

Pestilentio rem patria sua] Tigellii patria Sardinia: de cuius pestilenti caelo illud argumento est lib. 2. ad Q. Fr. epist. 3. *Quamquam est hiems, tamen Sardiniam istam esse cogites.* Et Martialis lib. 4. epigr. 60.

Nullo fata loco possis excludere: cum mors

Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Additum] Studiosum esse coepisse eorum versuum, quos contra me scripsit Caluus Licinius, more Hipponactis poetae: de quo vide Plinium lib. 36. c. 5. et Solinum.

Calui Licinii] Hic est C. Licinius Caluus, Ciceronis primum inimicus, quia patrem suum Licinium Macrum praetor damnauerat, ut ait Plutarchus et Valerius Max. lib. 9. c. 12. deinde etiam amicus, ut ex lib. 15. epist. vlt. cognoscitur.

Praeconio] Ironia, nam acerbissimum poema significat, simile Hipponactis versibus. Idem Caluus in C. Caesarem famosa scripsit epigrammata, ut in Suetonio c. 49. et 73. legimus.

Phameae] Liberti, cuius nepos Tigellius, libertorum autem cognomina Phameas, et Hermogenes; quae prius nomina seruorum fuere.

Ipsius quidem causa] Non propter Tigellium, eius nepotem, sed prius causa.

Erat enim mihi sane familiaris] Scribit ad Atticum eadem de re lib. 13. epist. 49. nec se adductum familiaritate suscepisse causam Phameae significat, sed quia petenti sibi consulatum pollicitus erat per Atticum, si quid opus esset. quod tamen non repugnat: nam ex eius officii memoria familiaritas exorta.

Sibi operam dare] Causam cognoscere, patronos audire de controuersia disputantes.

De P. Sextio] Quem ante multos annos reum de vi defenderat, accusabatur hoc tempore lege Pompeia, ut lib. 13. ad Attic. epist. 49. ostendit: vtrum autem de ambitu, an de vi, (nam de vtroque crimine Pompeius tertium consul legem tulit) mihi nondum liquet: suspicor tamen de ambitu potius, quam de vi. nam Sextium, qui Pompeianus fuerat in bello ciuili, et in patriam, venia a Caesare impetrata, redierat, ausum deinde esse vim vllam facere, credibile non est. de ambitu autem fortasse postulatus, quia consulatum petens pecuniam contra leges dederit. praetor enim fuerat ante bellum ciuile; lictoresque in bello habuerat, post bellum etiam beneficio Caesaris, ut supra diximus.

In consilium iri] Cum iudices, de reo sententias laturi, in vnum coeunt, *ire in consilium* dicuntur. non enim eunt in consilium, ut causam audiant, sed ut, cum audierint, sententias ferant. id adeo ex oratione C. Titii, qua legem Fanniam suasisit, potui intelligere. *Veniunt*, inquit de iudicibus, *in comitium tristes: iubent dicere. quorum negotium est, dicunt. iudex testes poscit: ipsius ite minctum. ubi redit,*
ait

ait se omnia audiuisse: tabulas poscit: litteras inspicit: vix prae vino sustinet palpebras. eunti in consilium ibi haec oratio: *Quid mihi negotii est cum istis nugatoribus?* Haec Macrobius lib. 2. Saturn. c. 12. recitat. idem cognoscitur ex orat. pro Cluentio c. 20. nam, audito Scamandri accusatore Canutio, eiusque defensore Cicerone, iudices iuere in consilium, ut de reo pronunciarent. Et infra c. 30. ubi de iudicio agitur Oppianici. Item in orat. pro Quintio c. 13. cum audiret causam iudex Aquilius, quoniam, inquit, tibi instat Hortensius, ut eas in consilium: a me postulat, ne dicendo tempus absumam: queritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse: non patiar, istam manere suspensionem, nos rem iudicari nolle.

Necesse erat] Cur necesse esset, ostendit lib. 13. ad Attic. epist. 49. Scis enim, inquit, dies illorum iudiciorum praestitutos fuisse. Lex Pompeia praefiniebat eos dies, quibus causam agi oporteret vide Pedianum in argumento Miloniana.

Nulla modo me facere posse, cum vellem] In voluntate obsequendi, facultatem deesse. Similiter locutus lib. 11. ad Attic. epist. 12. Saepo ad eum scripsi, multisque mandavi, non potuisse, cum cupissem, sermones hominum sustinere. Nec dissimile illud in orat. pro Flacco c. 4. *Nihil dixit, quod laederet eum, cum cuperet.* Videndum tamen, an rectius hoc sit: *nullo modo me facere posse: quem vellet, alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum.* Sic enim habent quatuor veteres libri: et eadem de re

sic plane scripsit Cicero lib. 13. ad Attic. epist. 49. *Respondi, inquit, non ignorare eum, quid ego deberem Sextio: quem vellet, alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum.* Moucor etiam, quod antiquum librum, in quo sit, *cum vellem, nullum vidi.* alii enim habent, *quem vellem: alii, quem vellet:* nonnulli, *quem vellet.* quod ego sincerum existimo, nec tamen statuo quidquam, nisi consentientibus eruditis.

Nepotem] Tigellium.

Vinctorem] Sic habet vnus omnino vetus liber: reliqui omnes, *victorem.* si, quid sententia postulet, attendimus, legendum putabimus, *cantorem.* nam excelluisse Tigellium in cantu, Horatii testimonio iam probauimus: fuisse autem ob eam causam Caesaris familiarissimum, cum idem Horatius lib. 1. Serm. Sat. 3. ostendit in his versibus:

— *Sardus habebat*

Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere posset,

Si peteret per amicitiam patris atque suam, non

Quidquam proficeret. —

tum vero haec ipsa demonstrant, paullo ante dicta: *Obseruor a familiarissimis Caesaris omnibus, praeter istum.*

Habes Sardos venales] Iocum quaesuit in Phameae patria, ex vsitato prouerbio. Sardinia enim a Ti. Sempronio primum consule capta, mancipiorum maximus numerus Romam est aduectus, et eorum vilitate natum est adagium, *Sardi venales.* Liuius lib. 41. c. 17. et in lib. de viris illustribus. *Habes, inquit, de Phamea et Tigellio;*

Hh 5

lio;

lio; vides, quam non merito vterque mihi succenseat: et nimirum, quod de Sardis venalibus dici solitum est, alium alio nequioresse; id in Phameam eiusque nepotem Tigellium, qui et ipsi Sardi sunt, conferri potest. Hoc Cicero festiue significat, cum ait: *Habes Sardos venales; alium alio nequiores.* mentionem facit huius prouerbii Festus, et Plutarchus in Probl. et is, qui scripsit de viris illustribus. De Phamea vero, deque hac re tota, vide lib. 13. ad Attic. epist. 49. De Tigellio sic Horatius lib. 1. Serm. Sat. 3.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos

Vt numquam inducant animum cantare rogati;

Iniussi numquam desistant. Sardus habebat

Ille Tigellius hoc. Caesar, qui cogere possit,

Si peteret per amicitiam patris atque suam, non

Quidquam proficeret: si collibisset, ab onore

Vsque ad mala citaret, Io Bacche! modo summa,

Voce modo hac, resonat quae chordis quattuor ima.

Nil aequale homini fuit illi: saepe, velut qui

Currebat fugiens hostem; per saepe velut qui

Iunonis sacra ferret; habebat saepe ducentos,

Saepe decem seruos: etc.

Quid mirum igitur, qui hoc ingenio fuerit, tam vario, tam instanti, si is, praefertim qui gratiofus apud Caesarem esset, facile adductus est, vt Ciceroni, quasi nepotem suum destituisset, irascereetur?

[Istius Salaconis iniquitatem] Salaconem vocat, vel propter superbiam, vel propter molliem, aut vtramque. superbiam e Suida cognouimus, qui ait eum, cum esset pauper, se diuitem simulasse: molliem ex Aristophanis interpretatione: nam, cum poeta in comoedia, quae Σφήκες inscribitur, dixisset, Τροφῆδὲν τι διασαλακῶνισον, subiunxit, ἀβρόνδητι, καὶ διαβρόφῃτι. οἱ δὲ, διασαλακῶνισον, ἀπὸ τῶ Σαλάκωνος, μαλακῶ, τῶ Ἀδτολύου πατρὸς. Hesychius: Σαλάκων, ὁ πτωχὸς ἀλαζών. Σαλακωνία, ἡ ἐν περὶ ἀλαζονείᾳ. Σαλακωνίσι, σαλακωνεύσει ἐλεγον τὸς διαβροπτομένους. σαλάκωνας, ἀπὸ τῶ ἀβρόδης καὶ μετὰ βρόφως βρόδίζειν. ὁ δὲ Θεόφραστος σαλακῶνά φησιν εἶναι τὸν διαπνέοντα ὅπῃ μὴ δεῖ.

[Catonem tuum] Non modo Gallus, sed et Cicero scripsit de laudibus Catonis Uticensis, vt patet ex lib. 12. ad Attic. epist. 40. ex Oratore c. 10. ex lib. 2. de Diuin. c. 1. ex Tacito lib. 4. Annal. c. 34. Plutarcho in Caesare, et Cicerone, Gellio lib. 13. c. 18. Macrobio lib. 6. Saturn. c. 2. Iactantio lib. 1. c. 2. Scripsit et eius sororis filius, M. Brutus, vt lib. 13. ad Attic. epist. 46. Contra Catonem vero, Ciceroni respondens, scripsit Caesar libros duos, eosque Anticatones inscripsit. testis Cicero lib. 12. ad Attic. epist. 41. Plinius lib. 3. epist. 12. Quinctilianus lib. 3. c. 7. Iuuenalis Sat. 6. v. 336. Gellius lib. 13. c. 18. Suetonius in Caesare c. 56. Plutarchus in Caesare, et Cicerone, et Seruius Honoratus in Virgilium. Hirtius quoque, Caesaris amicus, in eodem argumento ingenium exercuit: vt lib. 12. ad Attic. epist. 40. et 45.

EPISTO-